Manifestum sit cunctis. Quod ego Jacobus Bretons et uxor mea Ermesendis de parrochia Sancti Leodegarii de Castelltercio confitemur et in veritate
recognoscimus nos debere tibi Jacobo de Granollers sacriste Sancti Fructuosi de Castro Terciolo et quibus volueris quinque quarterias ordei
et unam [illegible] bene et pulcre ad rectam mensuram dicti castri, precium cuius ordei et avene quod vendidisti nobis ad [illegible]
[illegible] usque ad primas segetes. Renunciando exceptioni dicti ordei et avene non habiti recepti et mensurati. Solvere promittimus
tibi et quibus volueris in primo venienti festo Sancti Petri et Felicis sub pena tercii ad quam gratis et extra [illegible] nos et bona
nostra obligamus foro curie sive dominationi castri Terciolo sine omni dilatione placito et questione. Et si pro his tu vel quibus
volueris [illegible] et [illegible] dampna vel expensas feceris sive sustinueris, totum tibi et quibus volueris restituere
promittimus in [illegible]. Renunciando omni proprio fori et dilacionibus decem viginti et triginta dierum et omni allegamento.
Promittimus tibi et quibus volueris omnia supradicta attendere et complere sub obligacione omnium bonorum meorum mobilium et
immobilium ubique habitorum. Actum est hoc [illegible] nonas novembris anno Domini millesimo CCC XXX VIII. Signum Jacobi [illegible]
Jacobi. Signum Ermesendis predictorum qui hec concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt Bartolomeus Mir et Bernardus de Vila.

Signum Poncii Stephani vicarii rectoris ecclesie Sancti Fructuosi de Castro Terciolo et notarii publici eiusdem
qui hec scripsit et clausit die et anno quo supra.

Notum sit cunctis quoniam ego Jacobus/de Rovira et uxor mea Elicsendis, de parrochia Sancti Leodegari de Castelleto, confitemur et in veritate /2 recognoscimus nos debere vobis Jacobo de Granerio de Sacraria Sancti Fructuosi de Castro Terciolo et quibus volueritis, quinque quarterias ordei /3 et unam davena boni et pulcri ad rectam mensuram dicti castri, precium cuius ordi et avene pro ut vendidaritis aliud vestrum /4 similem usque ad primos seguentes, renunciando excepcioni dicti ordei et avene non abiti recepti et mensurati. Solvere promi-/5 timus vobis et quibus volueritis in primo venturo festo Sancti Petri et Felicis sub pena terris ad quam gracis et ex certa sciencia nos et bona /6 nostra obligamus foro curie seu dominacioni Castri Tercioli sine omni dilactione placito et questione. Et si pro hiis vobis et quibus /7 volueritis atendendis et complendis dapnum vel expensas feceritis sive sustinueritis totum vobis et quibus volueritis restituere /8 promitimus in continenti, renunciando omni proferimento iuris et dilaccionibus decem viginti et triginta dierum et omni alongamento /9 promitimus vobis et quibus volueritis omnia supradicta atendere et complere sub obligatione omnium bonorum meorum mobilium et /10 inmobilium habitorum et habendorum. Actum est hoc quinto novembris, anno Domini millesimo CCCº XXXº VIIIº. Signum, /11 Jacobi. Signum, Elicsendis predictorum qui hoc concedimus et firmamus.

Testis huius rey sunt Bartolomeus Mir et Bernardus de Villa.

Signum, Poncii de Pestaneis, rectoris ecclesie Sancti Fructuosi de Castro Terciolo et notarii publici eiusdem / qui hoc scripsit et clausit die et anno quo supra.

(s.l.), 5 de Novembre de 1338.

Jaume Rovira i la seva muller Elisenda, de la Parroquia de Sant Leodegari de Castellet, reconeixen deurer a Jaume de Graner de Sant Fructuos de Castellterçol, quinze quarteres d'ordi i una de civada, segons les mesures de Castellterçol, i prometen pagar-les en la festa de San Pere i Sant Felix, renunciant a qualsevol retard en la paga.